Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Si aut ambulauerit in nocte
offendit. qꝛ lux non est in eo.
Hec aut. et post hec dicit eis.
Lazarus amicus ñr dormit. sed
vado ut a somno excitem
eum. Dixerunt ergo discipuli eius.
Domine si dormit saluus erit. Dixe
rat autem ihs de morte eius: illi
autem putauerunt. qꝛ de dormitione
somni dicere. Tunc ergo dixit
eis ihs manifeste. Lazarus mor
tuus est: et gaudeo propter vos
ut credatis. quia non eram ibi
sed eamus ad eum. Dixit ergo
thomas qui dicitur didimus ad
condiscipulos. Eamus et nos
et moriamur cum eo. Venit itaq;
ihs: et inuenit eum quatuor dies
iam in monumento habentem. Erat
autem bethania iuxta iherusalem
quasi stadiis quindecim. Multi ut
ex iudeis venerant ad martham et
mariam ut consolarentur eas de fratre
suo. Martha ergo ut audiuit
qꝛ ihs venit occurrit illi. Maria
autem domi sedebat. Dixit er
go martha ad ihsum. Domine si
fuisses hic frꝛ meus non fuisset
mortuus. Sed et nunc scio qꝛ
quecumq; postulaueris a deo da
bit tibi deus. Dicit illi ihsus.
Resurget frꝛ tuus. Dicit ei mar
tha. Scio qꝛ resurget in resur
rectione in nouissimo die.
Dixit ei ihs. Ego sum resurrec
tio et vita. Qui credit in me
etiam si mortuus fuerit viuet.
Et omis qui viuit et credit in
me non morietur in eternum. Credis
hoc. Ait illi. Vtique domine. Ego
credidi: qꝛ tu es xpis filius dei
viui qui in hunc mundum venisti.
Et cum hoc dixisset: abiit et vo
cauit mariam sororem suam silen
cio dicens. Magr adest et vocat
te. Ut illa ut audiuit: surrexit
cito et venit ad eum. Nondum enim
venerat ihs in castellum: sed e
rat adhuc in illo loco vbi oc
currerat ei martha. Iudei ergo
qui erant cum ea in domo et con
solabantur eam: cum vidissent mariam
qꝛ cito surrexit et exiuit sequen
tes eam dicentes. qꝛ vadit ad monu
mentum ut ploret ibi. Maria er
go cum venisset vbi erat ihs: vi
dens eum cecidit ad pedes eius et
dixit ei. Domine si fuisses hic. non
fuisset mortuus frꝛ meus. Ihs
ergo ut vidit eam plorantem: et
iudeos qui venerant cum ea plo
rantes. infremuit spiritu. et tur
bauit semetipsum et dixit. Vbi
posuistis eum. Dicunt ei. Domine
veni et vide. Et lacrimatus est
ihs. Dixerunt ergo iudei. Ecce
quomodo amabat eum. Quidam
autem ex ipsis dixerunt. Non po
terat hic qui aperuit oculos
cecii facere. ut et hic non mo
reretur. ihs ergo rursum fremens
in semetipso venit ad monu
mentum. Erat autem spelunca et
lapis iacebat positus erat ei. Ait